

Franckesche Stiftungen zu Halle

De Bello, In America An. MDCCLIV Lente Orto, Deinde Potentissima Inter Evropae Imperia, Terra Marique, In Qvatvor Orbis Partibvs Acerrime Gesto, Et ...

Richter, Friedrich-Wilhelm

Huxariae, 1763

VD18 90806395

Vorwort

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-194612

L. B.

Si quid iacet hodie in scholis aequae ac in academiis, poësis certe est latina. Vix pauci poëtas, ut par est, euoluunt. Plurimi iuuenum a limine salutatos statim reiciunt, nedum ut imitando effingant. Quae omnia tristis comprobatur experientia. Hinc boni poëtae ubiuis locorum desiderantur. At eae sunt laudes praestantissimae poëseos, ut nec extolli a me debeat, nec vituperari a quoquam iure possit. Videndum igitur est scholae in primis publicae praeceptoribus, ut quouis modo apta iuuenum ingenia ad hos Musarum fontes adliciant. Sic cogitare ipse, sic agere cum alumnis, fidei meae traditis, adsoleo. Quamuis non sim poëta: scio tamen viam, qua eatur ad hanc artem nobilissimam. Hanc viam iis maxime ostendo & munio, quibus naturam ingenium largitam esse sentio. Qua prouincia dum rite fungi cupio, non possum non lectis poëtis & praestructis regulis exempla quaedam adicere, a me elaborata, ut per exempla ire iuuenes & praeceptorem non sequi tantum, sed anteire etiam audeant. Si quid video, ita nonnullorum vena poëtica mirifice stimulatur. Hinc enatum est poëma heroicum, cuius cum B. L. iam communico specimen. Ne grauemini legere non Virgilium, sed Virgilii tenuissimum imitorem, cuius ars tantum a Maronis abest laudibus, quantum, quod canitur hinc bellum verissimum, Virgilii superat fabulas. Quodsi indicaueritis, ubi errauerim, quod saepius factum esse non dubito: lubentissimo animo errores corrigam meos. Is ipse sum, qui, dum viuo, discere optem. Nihil gratius mihi erit quam ab iis iudicari, quibus iudicandi est facultas. Si placent arbitris, quae iam speciminis loco, publici iuris facio, in posterum, fauente Minerua, opus absoluam inceptum. Sin minus, satis est tentasse aliquid, quod stimulos addeat viris me multo doctioribus.

Haec

Haec prima est scribendi huius programmat^{is} ratio: audite quaeso alteram. Tres egregii scholae nostrae candidati, collectis rite vasis, functique ultimo valedictionis publicae officio, hinc academiam cogitant, quos, quia merentur, sine iustis laudibus dimittere non possumus. Antesignanus est FRIDERICVS MAXIMILIANVS RASCH, Brunouicensis. Secundum occupat locum IOANNES ANDREAS GERKE, Huxariensis. Agmen claudit IOANNES CAROLVS SCHRÖDER, Huxariensis. Singuli quadriennium in lyceo nostro exegerunt. Primus principem locum in prima classe non obtinuit solum ante biennium, sed tuitus quoque est immo ornauit. Quem qui excipit, non inuito ingenio, accedente industria, laudabiles in litteris fecit progressus. Tertius denique, herculeo labore, studia, in adolescentia interrupta, iuuenis integravit, nec oleum operamque omnino perdidit. Plura haud adiicimus: quia non verbis, sed re potius alumnos nostros laudare optamus. Contigit his candidatis nostris, quod paucis, vt non raro in examinibus & actibus oratoriis ab ipsis Principibus Reuerendissimis & Serenissimis, Maecenatibus Illustrissimis, ab aliisque Patronis Honoratissimis publice fuerint probati. Nobis ergo nostraeque viciniae satis sunt commendati: exteris, quod speramus & optamus, sese ipsi suis ingeniis suisque moribus commendare adlaborabunt. Rogamus Deum O. M. ardentissimis precibus, vt det abeuntibus sanam sano corpore mentem. Conseruet eosdem ab omni periculo & laboribus eorum, rite propagatis, ipse coronam imponat. Vtinam expectationem superent nostram iique euadant, qui & Deo & patriae olim egregie seruiant.

Principes Reuerendissimos, Ducem Serenissimum, Principem Serenissimam, Maecenates Illustrissimos, Abbatem summe venerabilem, Patronos atque Fautores Honoratissimos, vt nostris candidatis fauere eorumque vltimum vale sua illustrare & cohoneflare praesentia ne grauentur, officiosissime obtestamur atque decenter rogamus.

Ho-